Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



107

pphas & sapientes. Arguunt adhuc sub nomine iudaorum & futuro
supplicio statuunt obnoxii. quia cum doctrina sibi diuinae cognitio
nis usurpent. & alios impediant. nec ipsi quod profitentur agnoscant. Non
ne quinque passeres uendunt dipondio. & unus ex illis non est in obliuio
ne coram deo. S; & capilli capitis uiri omnes numerati sunt. Holite igitur me
re multis passeribus pluris estis. Pulcherrimum locum tenendae simplici
tatis & emulandae fidei saluator intexuit. ne iudaicae mortis pfi
diae alia primam affectu. alia uocem simulcum. cum ultimo tempore
occulta cogitationum accusantium. aut eia defendentium secretum
nrae mentis apertura uideant. Quae enim maior est simplicitatis
illecebra. qua ut unusquisque cognoscat latebram fraudis esse non posse.
S; quin gemina est causa pfidiae. quia aut ex inolita malicia. aut
ex accidentia metu nascitur. nequis metu territus potestatis. dum
quae in corde cognoscit negare cogatur. pulchre de passeribus posuit
exemplum. Quod si tanta est dei & tam aeterna maiestas. ut unus
ex passeribus aut nrorum numerus capillorum pretiosiorum dei non
sit. quia indignum est estimare quod fidelium corda dns aut ignorat. aut
spernat. qui uiliora cognoscit. Fortasse dicat aliquis quomodo apls
dixit. Numquid de bubus cura est deo. cum utique bos passere pretiosior
sit. S; aliud est cura. aliud sacietas. Denique numerus capillorum non in
actu cogitationis. sed in facilitate cognitionis accipitur. Non enim
sollicitat dns cure numeratis intendit excubia. sed cui cognita sunt
omnia quasi numerata sunt. Bene tamen numerati dicuntur. quia illa
quae uolumus seruare enumeramus. Possumus tamen hic discutere aliquod
intelligentiae spiritalis archanum. presertim cum hoc uideatur absurdum.
ut homines potius hominibus comparentur. Videntur enim quinque isti pas
seres. quinque esse sensus corporis. tactus. odoratus. gustus. uisus. au
ditus. Qui in modum passerum si terrenarum sordium rimentur illuuiem
atque in occultis locis ac foedis cibum quaerant delictorum suorum laqueis